



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

8. Dies 3. infra Oct: Epiphaniæ. De pure Dei amore motivo ad  
perfectionem maximo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

14 *Dies 2. infra Oct. Epiphaniae.*

cia demandatae, à perfectione me prohibent? at perfectio non sola prolixa lectione oratione, quiete, sed & labore acquiritur. Ex occupatissimis plurimi sanctissimi exierunt. Laborabo ergo ex charitate, & obedientia, in occupationibus quod superfluum amputabo, quod profanum resecaho, quod distortum dirigam, quod inquietum removebo, quod distractum colligam, quod tepidum, ac triste, luce alacritatis & igne amoris succendam.

*Conf. 5.* Mentis ariditas, affectuum impetus, tentationum molestia, iter mihi ad perfectionem intercludant? at si lacrymae, consolationes, coelestis lux, & cordis tranquillitas fugerunt, non fugiet perseverantia, cognitio propriae indignitatis, compunctio exterior, culparum confessio, solidarum virtutum fervor, quae sine consolationibus ad Salvatorem adducunt. Affectus moderetur bona voluntas, comprimat mortificatio, timor Domini coërceat. Tentationibus resistendum est: non enim impediunt viam perfectionis sed juvant resistentes ad eruditionem, ad humilitatem, ad roborandum charitatem.

MEDITATIO VIII.

*Dies 3. infra Octavam Epiphaniae.*

*De puro DEI amore motivo ad perfectionem maxime.*

*Aspi*

**A**spiciam Amorem Divinum omnia sub-  
ijcientem sibi que attrahentem, petam  
eo inflammari.

*Conf. 1.* Sola conversio ad Deum felicem  
efficit, perficitque, ad quam obtinendam  
non incitamentum amore puro Dei efficaci?  
semper enim causa superat effectum suum,  
quod si neglecti amoris Dei effectus poenae  
aeternae, & amati Dei effectus praemia aeter-  
na tam sunt vehementia motiva, ut ea impij  
maluerint non credere, quam fide regi ad  
bonum, juxta illud D. Chrysol. ser. 147.  
*mundus perire maluit, quam timere ne futuro-  
rum metu & expectatione cruciarentur.* Addit  
D. Chrylost. hom. 10. in 1. ad Timoth. 1.  
Hinc amor Dei purus tantò majus est ad o-  
mne bonum incitamentum, quantò causa  
est validior effectui suo. Nec est certius me-  
dium excogitabile ad resipiscendum, ad pro-  
ficiendum, ad perfectionem obtinendam,  
quam ferri puro amore Dei.

*Conf. 2.* Qui excluso motivo caeli & infer-  
ni, ea solo Dei puro amore operatur, is nulla  
cupiditate vel metu rei creatae movebitur,  
omnia enim haec collata aeternis nihil sunt.  
Hinc sequitur, quòd, qui in servitio Dei non  
aequè promptus permanet, si ve optatis prive-  
tur, si ve adversis exerceatur, eum non egisse  
ex puro amore Dei, sed ex amore proprio  
adeo.

16 Dies 3. infra Oct. Epiph.

adeoque non servasse suum propositum.

*Conf.* 1. Deinceps sequi. 1. eum qui  
puro amore Dei operatur, non labi in peccati  
quia, ut ait D. Augustinus, in ps. 79. *Omnia*  
*peccata dua res faciunt in homine, cupiditas*  
*timor.* Neutro horum affectu movetur, **V**id  
ex puro amore Dei agit. 2. talis homo  
niam obtinet, cujuscunque reatus præter  
juxta illud: Luc. 7. *Remittuntur ei peccata*  
*multa, quia dilexit multum.* 3. ferit in hac  
imperturbabilis, quia nullo regetur affectu  
inordinato: quid enim timeat vel speret,  
nec infernum, nec coelum curat? talis  
timebit damnationem in altera vita: cessante  
enim causa damnationis neglectu amoris  
Dei, cessat effectus ejus, damnatio. 5. nec  
mebit purgatorium, ubi tantum expiantur  
actus & affectus pravi, qui hic non reperitur.  
6. plus meretur ejusmodi, qui enim  
agit propter meritum præmij, majus meretur  
præmium. 7. majorem habebit in coelo  
beatitatem æternam. Optabo radijs hujus  
amoris ut vulnerer, febricitem, emoriar. **D**ies  
morem tui solum cum gratia tua mihi d  
nes, & dives sum satis, nec aliud quidquam  
ultra posco. **o** Amor, **o** charitas DEUS  
meus! Amorem jubes? da quod  
jubes.